die, et subinde nos admonuit ut omnem populum nostrum
in castra mouere et modo meliori quo possimus nos ex
eritualiter ordinare et disponere, et ut hominem
nostrum cum nunciosue ad regiam maiestatem vestram
mittere debeamus, qui nuncius etiam hec et alia sibi
sitan commissa declarabit hec eo modo quo ad nos
delata sunt regie maiestati vestre, ex fidelitatis debito
significare curauimus. Habuimusque et alios quam plures
explorationes omnes ad premissam intencionem et
mencionem tendentes. Preterea sciat maiestas vestra
pro certo, quod his diebus Methmebek cum aliquot centum
Turcis danubium traiecerit, et prius danubium ceteris
relictis, cum paucis ad decem personis vaivodam
transalpinum accessit, ad oppidum Tergoist, cum per
aliquot dies suos tractatus habuit, et tandem se
rursus ad Turciam recepit. Postremo regiam maiestatem
vestram nobis in tutelam semper feliciorem conseruare
altissimus dignetur. Ex Cibinio raptim feria 4ta
ante festum B. Joannis Baptiste Anno 1521

Eiusdem regie maiestatis vestre fideles

Magister ciuium Judices et
Jurati Consules ciuitatis
Cibiniensis

Serenissimo principi domino domino Ludouico Hungarie
et Bohemie etc. regi, domino naturali nostro gratiosissimo